

Josephit, und andere Carmina Vol. II.

A. N. 75. Quart.

4.
Ca
8.9
9.8
10.6
Ca
14.
15.
16.
Ca
20.
21.
2.



EPITHALAMIUM

honori nuptiarum

CLARISSIMI & CONSULTISSIMI
VIRI, DN.

HENRICI à CAPPELN

J.u.L. & ejusd. in Gymnasio Bre-
mensis professoris,

Amplissimi & prudentissimi Dn.

HENRICI à CAPPELN,

in inclyta republ. BREMENSIS senatoris, &
ecclesiarum visitatoris dignissimi, filii,

SPONSI:

LECTISSIMÆ, PUDICISSIMÆQUE
VIRGINIS

METTÆ,

*Magnifici & consultissimi amplissimiq;
viri, Dn.*

THEODORICI HOYERI

in inclita republ. BREMENSIS consulis senio-
ris, ecclesiæque ac scholæ ejusdem ephori meri-
tissimi, domini, patroni & hospitis sui
plurimum colendi, filix,

SPONSÆ.

Quæ celebrabuntur die Concordiæ 1623.


debitæ observantiæ ergo scriptum

à
JOHANNÈ MARTINO DANT.



BREMÆ, typis Villerianis.





EMPHATICALLY
CHARLES & JOHN
THE NICHOLS & CAPTAIN
M B T R
THE OGDON HOTEL
BANK OF AMERICA





I

A Nimo jubente castos tereti pede ca-
nere (dita cinere
Thalamos, lyram requiro, jacet ab-
Fidibus jacet remissis. misero ars mihi
abierat, (ret.

Citharæ ut paranda discors iterum harmonia fo-
Quibus ergo opẽ petens offero, nemo dat operã,
Fugit ipsa barbitum ægrũ mihi tendere numeros
Ad amabiles acuto Polyhymnia digito.

Poterasne mente vanã mea spernere, retulit,
Studia, adq; jura edacis citharam jacere sitũs?
Mihi jam reclusit aures tua perfidia procax,
Dominos novos vocato, foribusq; apage meis.
Igitur quid absque Musa lepidæ Veneris habet
Taciturna facta planè satis ante lyra loquax?

Pietas tamen jubebat, reverentiaq; tibi,
Patriæ tuæ fidelis pater, optime domine,
THEODORE, debita à me, modularier aliquid.
Igitur meis agrestem (quia suppetit aliud
Nihil) admovere labris calamum juvat, aliquid
Meditarierq; carmen pede simplice, uti licet.

Juvenes adeste nobis subitò, atq; pede chorus
Veniat puellarum ad mea carmina propero.

Patriã, bonis, amicis, genitoribus aberam,

A

Ubi



2

Ubi Saxonum in urbe BREMA, quam flumine
rapido

Violens lavit VISURGIS, mea nomina dederam
Triplici trigæ sororū, atque ibi mens mea variis
Duce Phœbo amat erudiri studiis, veluti decet.
Fuit, ubi labore fessus jaceo sine Cerere,
Piger & labante languore oculos sopor operit.
Mediâ in quiete celsum super aëra vehor, &
Trepidans timensq; multum ad malè cognita ne
mora

Feror, heic ego, dum quibus sim positus, dubito,
locis,

Video audioq; mira hæc, tibi quæ modò referam.
Juvenis ibi stare visus lacrymanibus oculis
Itaq; ore tristis in fit trepidante miseriter:
Miser ah miser querelis scætet obrutus animus!
Iterum quis ergo te nunc stimulis furor agitat?
Satis haud tibi obsecutum, insatiabilis anime?
Nihil est tibi, in quibus, celebri Patre genitum,
Proavis fatum esse claris, licet undique veteres
Ceræ atria decorent: perpetuum tibi pariet
Celeberrimumque nomen studio facer Helicon
Superatus improbo à te, tibi muniet aditum
Facilem igneas ad arces pietas, simul adhibes
Generosa si qua jactat bona mens decora sui.
At ego estuante mente & rabiâ quasi rabie

Sti-



3
Stimulatus, in juventâ (patria o mea genitrix
Mihi testis hîc futura es!) tenerâ, haud sine calido
Sudore, opaca silvis redimita loca Dei
Adii, & novem sororum bene docta latibula.
Quod enim genus laborum est, ego non quod
habuerim?

Puer ipse multa feci, puer omnia patiens
Superavi acerba, spinas alacri pede subigens.
Mihi somnus erat molestus, mihi non lepida Ce-
res, (dem;
Heliconia obsequens dum tetuli ad nemora pe-
Ubi dirigente Phœbo genitore Jove satæ
Numeros canunt sùaves, resonante ubi citharâ
Sociis solum Gamænis quatiunt pede Charites.

Patriâq; dein relicta loca visere juveni
Satis asper imperabas peregrina, ibi varios
Hominum videre mores: mihi protinus avida
Mora tarda mente cessit, famulusq; citus uti
Tua jussa sum exsecutus, neque frigora metui,
Nimium nihil calorem trepidans, neque pluvias.

Ubi jura sacra tandem tibi discere placuit:
Ego te mihi esse testem, Themis inclyta, cupio,
Precibus quibus rogarim, ut mea pectora coleres,
Mihi quo labore te conciliare studuerim.
Inopi corpus fatigans victu atque vigiliis.
Oriente erat relictum mihi Sole cubiculum,

Veniensq; Luna vidit tua me petere adyta.
 Neque pœnitet, quod egi, didicisse neq; dolet.
 Apices enim sacrarum legum Eunomia lubens
 Voluitq; scita juris veneranda retegere,
 Famulo suo fideli, decorare uti titulis
 Me posset ipsa veris. Patrio in Gymnasio
 Agere, ecce, iussit ad se & sua ad atria juvenes,
 Gravibus procul remotis remoris ab itinere.
 Jam jamque sat beato requiem esse mihi ratus
 Iterum ah dolor! quietem misero negat animus:
 Stimulor, sed nescio, quid stimulet, vagus animi.
 Themis, o Themis benigna & placida, o mihi fer
 opem!

Ego si labore multo tua numina veneror,
 Studiôq; non remisso tua jura colere amo,
 Pretio aureo coëmtis neque gaudeo titulis.
 Roseis ut huic labellis palans sonitus ab It,
 Vitreus lenisq; erat fons eadem prope nemora,
 Ibi visa tum moveri est aqua murmure placido.
 Strepitum edere visa dulcem. pavor occupat a-
 nimum

Juvenis, sed ora pallor, gelidus genua tremor:
 Puerumque cernit undis citò surgere mediis
 Facie satis serenâ, facie bene nixâ,
 Ita voce se alloquentem tenerâ audit hilariter:
 Geminas querentis aures pepulit mihi sonitus,

Videor



50
Videor mihi audiisse & gemitum & quoque lacrymas.

Juvenis, fatere, tunc hæc lacrymis loca pavidus
Ululatibusq; misces? alii haud tibi comites
Spatium per omne vitæ fuerint, nisi lacrymæ,
Mea liber ah nimis dum fugere imperia cupis.
Fugion', regessit ille, an fugio imperia tua?
Neque nomē audii unquam, neq; cognita facies
Tua, pufio parve, nobis, neque regna tua scio.
Mihi nomē, ait, amoris, mihi connubia & hymē,
Mihi vincla casta curæ, mihi fœdera thalami.
Nihil est mihi quod obstat, nihil est mihi quod
obest;

Animantibus repletur mihi terra, mihi mare.
Sine me brevi periret spatium genus hominum
Neque vindicare summo Themis ardua solio
Sua sancta jura posset, temere pius Helicon.
Sine me Deus fatigat; fluida omnia sine me,
Fugio, inquit hic vicissim, meritò imperia tua,
Thalamumq; respuo omnē. Nisi tristitia thalamus
Quid enim parit marito? dolor undiq; dolor est,
Comites tori fideles mala plurima focii.
Procul à meo tuus sit furor, ò puer, animo:
Alios age incitatos, alios age rabidos.
Mihi cuncta, ait ille, parent; mea sub jugare nubes
Dare victa colla solus? quid inutile studium

A 3

Temere,



Temere miselle tentas? temere omnia perages.
 Potius Deum vocantem sequere, optime juvenis.
 Aderunt tamen jugali & sua commoda thalamo.
 Animum ergo tristiolem rapit huc rapit aliò,
 Modo damna mente volvens, modo commoda
 recolens

Hymenæi, et ista secum bene singula meditans,
 Dubius refert puello : Tibi cedere facile,
 Puer o tenelle, possem, atque sequi tua monita,
 Nisi rara in orbe avis sit bona fœmina patulo,
 Similis nigròque cygno; ut meritò fate Theseo
 Fueris diu antè questus, nihil esse muliere (pias
 Mage pravum, ut ære quæ sit redimenda, ubi cu-
 Sociare eam tibi, qua Genitor quoque nequeat
 Sine dote liberari. Mage candida nive sit
 Tua nupta, mox procorum videas ibi numerum,
 Tibi certa mors parata est: Facies decore caret,
 Satis ipse pœnæ habebis. Veneris nimio odio,
 Puer inquit, omne vanum metuis, bone juvenis,
 Pietasne te Rebeckæ placidusq; latet amor?
 Ithacum in virum maritæ neque nota tibi fides?
 Meus esto; mox beatum te conjuge faciam,
 Cui dos erit Parentum inclyta gloria: Charites
 Cui formavere mores, faciem Venus, animum
 Pudor, ora peitho, & ipsam totâ Eusebie habitat.
 Tuus, inquit, en ero, nostra tua stet ope salus.

Si-



7

Simul hæc locutus ille est, lepores nemorivagos
Subitò videntq; cervos trepidum fugere genus:
Rapidi canes sequuntur, latratibus ululat (nâr,
Nemus omne, tuba remugit, strepitu loca reto-
Tremitt orba solitudo, nemora avia reboant;
Sonat altus incitantum undique clamor: io, io.
Simul & puellularum ruere agmina propera
Viridesq; adire saltus vegetis sonipedibus
Licuit videre. At omnes per opaca nemora dux
Patre consule nata HOËRO celeri pede, & eadem
Alias nitore vincit, faculas uti superat (mit
Reliquas Diana parvas: humerum pharetra pre-
Jaculis repleta, crines sine lege repositi.
Ea dum nemus fatigat, pavidum pecus agitans,
Latitantium & ferarum populans domicilia:
Amor antè visus undam tenuem petit iterum;
Steterunt comæ relicto juveni, cadit animus,
Neque præ pavore verbû miser exprimere valet.
Volat illa, sed sagaces stimulat quoque catulos,
Mora nulla, nec quieti modus ullus. Ubi tamen
Nimio è labore lassam sitis arida premeret,
Gelidas requirit undas, ibi cernere scatebram
Datur, haurit, (atq; in illa caput occulerat amor)
Simul imbibit furorem, & reditum cito tetulit
Nemora ad priora, quærit comites, ibi juvenem
Videt, at feram putat, sic oculos furor hebetat,

A 4

Facit



Facit impetum, atque mannum stimulans ita lo-
quitur:

Date, dura terra, nubes, date vos nemora locum,
Meus ut vehi caballus properante pede queat.

Agedum ferox, age, ito, mea verbera patere,
Face, cervum ut apprehendam niveum, sine re-
morâ.

Catuli mei fideles, celeres quoque catuli
Fugite, ah fugite veloces, tu Pamphage adorere,
Quate, pelle, sterne, serva. Subito omnia faciunt:
Ferus ipse equus se adhortans alacrem incitat a-
nimum,

Vadit, fremit, refringit virgulta pede vago.
Videt ille virginem ad sese ubi dirigere aciem,
Pede protinus citato fugit in nemora fera.
Sequitur, petitque cervum jaculo: media venit
Sonitu horrido per ossa, & prope pectora rema-
net.

Jacet ille, voce tristi Themidosq; petit opem,
Petit auxiliumq; Amoris, memoratq; ita breviter:
Hominis sagitta læsit tua viscera, lepus haud
Ego, cornigerve cervus, juvenis viden' ego inops,
Nisi protinus medentem mihi dextram adhibu-
eris,

Cado: laus tamen puellę manibus cadere mea.
Furibunda virgo prædam dum cernere properat,
Juve-



9
Juvenem videt jacentem lacrimantibus oculis:
Sua rabida facta vidit liquido simul animo,
Miserum sinu recepit. Quid ego, juvenis, ait,
Rabie incitata feci? tibi vulnera ego dedi?
Jam jam dolet, quod egi, jam jamq; pœnitet,
Miserum quis has ad oras nemorumq; latibula,
Juvenis, necessitas te, obsecro, compulerit, ubi
Mea tela sauciarunt tua pectora miseræ?
Oculisvé quomodo aut quis malus abstulit aciẽ?
Abeámne jam vagabúda per omne pede nemus,
Et diligente serò nimis instituum oculo
Medica in virente silva modò gramina legere,
Quibus atra candido in pectore vulnera religẽ?
Tribus, ista fata, parvis ubi gressibus aberat,
Juveni dolor repentè, ante silens, vigilat atrox
Gemituq; cogit auram & fremitu lacere gravi:
Remane, mane, meæ mî medicina miseræ
Remane meum levamen, fuge quærere melius,
Age, redde mollem ocellum, labra reddito rosea,
Age lacteâ manu tu mea vulnera premito,
Ita corporis quiescet facili dolor opera.
Alios movere parcas stimulos, precor, animo,
Mea vita, vulneratis oculis procul abiens,
Satis intimis medullis comedi face videor,
Face, dulciore vitâ mihi, sentio comedi,
Sine qua sit vita vento levior mea volucris.

Age,

Age, parce, virgo, ne me fugias pede subito,
 Radiis, revelle, quos pupula fixit aculeos (mum,
 Violens, potens, sub unum penetrantibus ani-
 Stetit hæc diu reclinans dubiâ ad sola facie,
 Volupe atque erat tueri istam, ubi purpura calido
 Miscebat ore pulchrè superantem eborâ nivem,
 Taciturna deinde dextrâ juvenem incipit agere,
 Mixto pudente risu, sociis que ita loquitur:
 Comites puellæ ad urbem simul ite, sequimini;
 Gaudebimus novellis venatibus hilares,
 Ait ista virgo, & ulnis juvenem ligat abiens,
 Ast illa verba reddit venere indomita cohors:

Vigeat per omne vitæ spacium lepidus amor,
 Vigeatq; flamma vestro, rogo, perpetua toro,
 Ubi denuo virentes silvâs adierimus,
 Agat unaquæque talem ad penetrale sibi feram.

F I N I S.



3A





EPITHALAMIUM

honori nuptiarum

CLARISSIMI & CONSULTISSIMI
VIRI, DN.

HENRICI à CAPPELN

J. U. L. & ejusd. in Gymnasio Bre-
mensis professoris,

Amplissimi & prudentissimi Dn.

HENRICI à CAPPELN,

in inclyta republ. BREMENSI senatoris, &
ecclesiarum visitatoris dignissimi, filii,

SPONSI:

&

LECTISSIMÆ, PUDICISSIMÆQUE
VIRGINIS

METTÆ,

Magnifici & consultissimi amplissimiq

